




БОЖІЕ БЛАГОСЛОВЕНІЕ

ВЪ ПРИРОДНЫХЪ ТРЕХЪ СОКРОВИЩАХЪ

ЕЯ ВЫСОЧЕСТВА

ГОСУДАРЫНИ ПРІНЦЕССЫ

АННЫ

И

СВѢТЛѢЙШАГО КНЯЗЯ И ГОСУДАРЯ

АНТОНА УЛРІХА

ГЕРЦОГА

БРАУНШВЕЙГСКАГО И ЛИНЕБУРГСКАГО

пребывающее

ВЪ ДЕНЬ ЖЕ

ВЫСОЧАЙШАГО БРАЧНАГО ИХЪ СОЧЕТАНІЯ

ІЮЛЯ 3. 1739 ГОДА.

проповѣдію изъясненное

И ВЪ НЕЗАБВЕННУЮ ПАМЯТЬ

отъ усердія вѣрнѣйшаго Ихъ слуги и богомольца

АМВРОСІЯ ЕПІСКОПА ВОЛОГОДСКАГО

ИХЪ СВѢТЛОСТЯМЪ

принесенное

печатано при Імператорской Академіи Наукъ.

DIUINA BENEDICTIO

EXISTENS
IN TRIBUS PECULIARIBUS DOTIBUS
SERENISSIMAE DOMINAE
AC

PRINCIPIS
ANNAE

NEC NON

CELSISSIMI PRINCIPIS ET DOMINI
ANTONII VLRICI
DUCIS BRUNSUICENSIS
ET
LUNEBURGENSIS

QUAM
FAUSTO TEMPORE NUPTIARUM CONCIONE
CELEBRAUIT
A. D.
MDCCXXXIX. d. III. JULII.
TANDEM
IN PERPETUAM REI MEMORIAM
CONIUNCTIS MATRIMONIO HIS PRINCIPIBUS
DICAUIT
DEUOTISSIMUS SERUUS ET AD DEUM PRECATOR

AMBROSIUS EPISCOPUS VOLOGDENSIS
INTERPRETE BASILIO TREDIAKOFFSKI.

Typis Imperialis Academiae Scientiarum Petropolitanae.

Азъ Господь богъ Твой возлюбихъ Тя, и дамъ Человѣки по Тебѣ, и Князя по Главѣ Твоей. Не бойся, яко съ Тобою есмь. Отъ востокъ приведу Племя Твое, и отъ запада соберу Тя. Iсаїи гл. 43.

Ego Dominus Deus dilexi Te, et dabo homines pro Te, et populos pro Anima Tua. Noli timere, quia Ego Tecum ſum. Ab oriente adducam Semen Tuum, et ab occidente congregabo Te. Iſaiae cap. 43.

Наложу Духъ мой на Племя Твое, и благословенія моя на Чада Твоя, и прозябнутъ яко трава среди воды, и яко верба подолгъ рѣки текущія. Iсаїи гл. 44.

Effundam Spiritum meum ſuper Semen Tuum, et Benedictionem meam ſuper Stirpem Tuam, et germinabunt inter herbas, quaſi ſalices iuxta praeterfluentes aquas. Eiusdem cap. 44.

Благословенна Племена Утробы Твоея, и стада воловъ Твоихъ, и паствины овецъ Твоихъ; благословенны гумна Твоя, и прочая Твоя. Пошлетъ Господь на Тя благословеніе въ домѣхъ Твоихъ, и на вся, на ня же возложиши руку Твою; и умножитъ Тя Господь богъ Твой во благо о племенахъ Утробы Твоея, и о плодѣхъ скотовъ Твоихъ, и о плодѣхъ земли Твоея. И откроетъ Тебѣ Господь сокровище свое благое: небо дастъ дождь земли Твоей во время свое, благословити вся дѣлеса руку Твоею, и вдаси въ заемъ странамъ многимъ, Ты же не одолжишися, и обладаеши Ты многими странами, Тобою же не обладаютъ. Второзаконія гл. 28.

Benedictus Fructus Ventris Tui, et fructus terrae Tuae, fructusque iuuentorum Tuorum, greges armentorum Tuorum, et caulae ouium tuarum; benedicta horrea Tua, et benedictae reliquiae Tuae. Emittet Dominus Benedictionem ſuper omnia opera Manuum Tuarum, benedicetque Tibi in terra, quam acceperis; abundare Te faciet Dominus omnibus bonis, Fructu Vteri Tui, et fructu iumentorum Tuorum, et fructu terrae Tuae. Aperiet Dominus Theſaurum ſuum optimum, coelum, vt tribuat pluuiam terrae Tuae in tempore ſuo, benedicetque cunctis operibus Manuum Tuarum, et foenerabis gentibus multis, et Ipſe a nullo foenus accipies. Deuteronom. cap. 28.

Азъ есмь Господь любяй правду, завѣтъ вѣченъ завѣщаю Имъ, познается во языцѣхъ Племя Ихъ, и Внуцы Ихъ посредѣ людей, и всякъ видяй Я, познаетъ Я, яко Сіи суть Сѣмя благословенно отъ бога. Iсаїи гл. 61.

Ego Jehoua diligo ius, et foedus perpetuum Iiscum pangam, et celebre erit inter gentes Semen Ipſorum, et Propagines Illorum in medio populorum; omnes qui Eos viderint, agnoſcent Illos, Hos videlicet eſſe Semen Jehouae benedictum. Iſaiae cap. 61.

БЛАГО-



БЛАГОСЛОВЕНІЕ ГОСПОДНЕ НА ВЫ!
Псал. 128.



Всякая радость, щастїе, и самое житїе наше, начало, силу и основательное свое совершенство, отъ благословенїя божїя получаютъ. Воспомянемъ первую въ раи Двоицу, что дѣлалось: сотвори богъ Адама Человѣка во всемъ премудраго, внутрь и внѣ всякими дарами и довольствами обогащеннаго, и положи его въ раи сладости, покори подъ нозѣ его вся звѣри, птицы, рыбы, и киты великїе, которымъ всѣмъ, яко собственнымъ рабамъ своимъ, онъ повелѣвалъ, по имени оныя призывая, по свидѣтельству Писанїя священнаго бытїя въ главѣ 2. *Нарече Адамъ имена всѣмъ скотомъ, и всѣмъ птицамъ небеснымъ и всѣмъ звѣремъ земнымъ.* Великое сїе божїе благодѣянїе, но не меньшее и Человѣка щастїе, быть совершеннымъ Господиномъ, повелѣвать не только земнымъ животнымъ, но и небеснымъ по воздуху летающимъ птицамъ.

Однакожъ сїе не могло совершенно Адама удовольствовать, понеже не имѣлъ Друга себѣ подобнаго, съ которымъ бы могъ обще божїе употреблять созданїе съ благодаренїемъ, и съ нимъ купно, отъ покоренїя себѣ различныхъ тварей, веселиться. Скучалъ не мало, какъ можно видѣть всякому чтущему бытїя главу вторую, идѣже пишется тако: *Адаму же не обрѣтеся помощникъ подобный ему.* Человѣкъ во всемъ совершенный, по образу божїю и по подобїю сотворенный, умный, разумнословесный, другoлюбный; но съ кѣмъ рассуждать, и бесѣдовать, и взаимную имѣть дружбу, того ему не доставало.

Benedictio Domini Super Vos!
Psal. 128.



Omnis laetitia, completa felicitas, ipsa quoque vita nostra, ducunt suam originem, vim, et perfectionem a Diuina Benedictione. Libet nobis commemorare primum Paradisi Par, et id, quod attinet facitque ad summam rei; scilicet, creauit Deus Adamum Hominem sapientissimum, exterioribus et interioribus dotibus sufficienter praeditum, posuit illum in Horto voluptatis, subiecit illi omnia animalia, aues, pisces, et cete grandia; quinimmo in cuncta Ille animantia, vt in proprios suos seruos, imperium habuerit, congruo nomine quodlibet illorum appellitans, sicut testatur sacra Pagina Geneseos cap. 2. *appellauit Adam nominibus suis cuncta animalia, et vniuersa volatilia coeli, et omnes bestias terrae.* Magnum est sane hoc argumentum Diuini Beneficii; neque minor est Hominis quoque felicitas, adeo vt esset ille absolutus Dominus, et imperaret non solum animalibus terrae, sed ipsis etiam alitibus in aére natantibus.

Verum tamen, ob hoc ipsum non videbatur sibi Adamus satis beatus esse, eo quod non dum haberet Amicum sibi similem, cum quo posset simul frui Diuina creatione, gratias Illi agendo, simulque, ob subiectionem sibi variarum rerum creatarum, laetitia perfundi. Id valida et perpetua caussa taedii fuit, quippe, vt videre licet cuilibet legenti caput Geneseos 2, *Adae non inueniebatur Adiutor similis eius.* Viuit Homo in suo foro perfectus, ad Imaginem et Similitudinem Dei creatus, mente excelsus, ratione praeditus, societatis amans; sed vt cum Socio conuersaretur, mutuamque sibi amicitiam experiretur, habet neminem.

Красны безмѣрно, и зѣло удивителны небеса, планетами и различныхъ видовъ звѣздами упестрены; сіяютъ, но не говорятъ. Свѣтло и весьма пріятно солнце; изящна въ красотѣ луна: но бесѣдовать не умѣютъ, рассуждать ничего не знаютъ. Не худа и земля, цвѣтами, древесами и различными вертоградами исполненна; но и та слова промолвить не можетъ: молчитъ какъ земля. Раю же, особливой резіденціи человѣческой, и равенства въ красотѣ сыскать невозможно: весь на подобіе драгоцѣнныхъ алмазовъ блистаетъ, весь въ цвѣтахъ, въ роскошахъ, и въ благоуханныхъ кринахъ и сладостяхъ, весь пресладкими источниками, и быстротекущими струями, глаза и сердце веселящими, избыточествуетъ. Да все то ничего, непріятно, и смотрѣть на нихъ Адаму не хочется.

Что же творитъ Господь милосердый? Сердцевидецъ сый, позналъ что Адаму надобно; и такъ Самъ, яко человѣколюбивый Владыка, объявилъ тамже въ главѣ 2. *не добро быти человѣку единому: сотворимъ ему помощника по нему; и вложи Богъ сонъ во Адама, и успе, и взятъ едино отъ ребръ его, и исполни плотію въ него мѣсто, и созда Господь ребро, еже взятъ отъ Адама, въ Жену и приведе ю ко Адаму, и рече Адамъ: се нынѣ кость отъ костей моихъ, и плоть отъ плоти моея, сія наречется Жена*, аки бы рещи ему: се истинный, се прямый, любимый, и неразлучный Другъ мой, съ тѣмъ мнѣ жить, бога славить, и его созданіемъ наслаждаться и веселиться приличествуетъ. *И нарече Адамъ имя Жены своея Ева*, что толкуется: *Жизнь*.

Знатно въ имени ея рассуждалъ онъ прежнее житіе свое, и послѣднимъ родамъ оставить хотѣлъ такое извѣстіе, что онъ до созданія Жены своея Евы, яко бы не жилъ: понеже одинъ надлежащаго къ житію не получилъ отъ бога благословенія. Сію Истинну, безъ всякаго прикровенія, Писаніе священное открываетъ бытія въ главѣ 2. *Сотвори Богъ человѣка, по образу Божію сотвори его, Мужа и Жену сотвори ихъ, и благослови ихъ Богъ глаголя: Раститеся, и множитеся, и наполняйте землю, и господствуйте ею.*

Отъ которыхъ словесъ божіихъ явственно видимъ, что Творецъ Всемогущій не одного Адама, но обоихъ вмѣстѣ благословить соизволилъ, и всякимъ изобиліемъ, житіемъ друго-

Pulcri sunt omnimode coeli et valde admirabiles, planetis et diuersarum magnitudinum stellis ornati conspiciuntur; fulgent quidem, non tamen loquuntur. Serenus, et admodum acceptus est sol; insignis quoque specie luna: sed vtrumque hoc luminare nescit proferre sermonem, nihilque habet facultatis ad patefaciendos, hominis more, intimos sensus. Conspicua est pariter terra floribus, arboribus, et diuersis pomariis diues; neque illa tamen potest vnicam edere vocem: silet, quia est terra. Quid porro aeque reperiri possit pulcrum, ac Paradisus, ipsum Hominis domicilium? Totus opimus in modum pretiosarum coruscat gemmarum; vbique habet flores odorem spirantes, vbique salutares fert herbas, vbique patulas superbientesque sistit arbores, vbique visu pulcros et gustatu dulces obiicit fructus, vbique ineffabiles suppeditat voluptes: passim diffundit limpidissimos grato murmure fontes, et placide susurrantes riuos, qui oculum vna cum corde alliciunt et rapiunt. Sed tamen integrum hoc nihili aestimatur, nec lubet, nec volupe est Adae oculos in omnia ista conuertere.

Ecquid tandem facit clementissimus Deus? Scrutator cordis cognouit desiderium Adae; ergo, vt amantissimus Hominis, dixit in eodem capite 2. *non est bonum esse Hominem solum: faciamus ei Adiutorium simile sibi; immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, et repleuit carnem pro ea, et aedificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in Mulierem, dixitque Adam: hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea, haec vocabitur Virago*, ac si innueret per ista: haec est vera, sincera, amabilis, et inseparabilis mea Amica; cum hac me vitam agere, Deum laudare, et Ipsius creatione frui, simulque laetari oportet ac decet. *Et vocauit Adam nomen Vxoris suae Heua*, quod significat: *Vita*.

Propterea non absimile videtur esse veritati, Illum per hoc nomen respexisse ad anteactam suam vitam, et voluisse, vt posteri sui hanc sibi tandem formassent notionem, scilicet, Ipsum, priusquam facta fuerit Vxor eius Heua, quasi non habuisse vitam, quippe, cum solus esset, non obtinuit a Deo talem Benedictionem, quae vitam reddit prosperam. Hanc Veritatem, sine vllo inuolucro, sacra Scriptura ostendit Geneseos cap. 1. *Creauit Deus Hominem, ad Imaginem Dei creauit Illum, Masculum et Foeminam creauit eos, benedixitque illis Deus et ait: Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et subiicite eam.*

Per haec Diuina verba clare patet, Creatorem nempe Omnipotentem non vnum Adamum, sed vtrumque simul benedictione cumulasse, et omni rerum affluentia, vita sociabili, voluptate solida, denique mysterio

любнымъ

любнымъ, увеселенїемъ совершеннымъ, Супружества таинствомъ удовольствовалъ. Которое первѣйшее, и самое главнѣйшее божїе благословенїе, и въ новой благодати Хрїстомъ Сыномъ божїимъ, во время присутствїя его на бракѣ въ Канѣ Галїлейской, утверждено, и даже и донынѣ въ неподвижномъ состоянїи дѣйствительно пребываетъ, и на всѣхъ, чинно и благочестно оное прїемлющихъ, изливается.

Connubii beasse. Haec primaria et praecipua Diuina Benedictio, in lege patiter Gratiae a *Christo Filio Dei* tempore Nuptiarum in Cana Galilaeae, est confirmata, et cum hucusque integra ipsa re permaneat, tum omnibus, rite et pie recipientibus eam, praebeatur.

Симъ благословенїемъ, Отецъ щедротъ и богъ всякїя утѣхи, и Ваше нынѣ благословляетъ Супружество, СВѢТЛѢЙШИЙ ПРІНЦЪ, И БЛАГОВѢРНАЯ ГОСУДАРЫНЯ ПРІНЦЕССА. благословляетъ и Сынъ божїй Господь нашъ Iисусъ Хрїстосъ, и обѣщается съ Вами жить не отступно, по оному словеси своему: *Идѣже еста два собраны во имя мое, ту есмь посредѣ ихъ.* благословляетъ и Духъ Святый, яко Обручникъ и Соединитель сердецъ внутрь дѣйствующїй. И якоже Отецъ, Сынъ, и Духъ Святый едину между Собою имѣютъ Волю, едино Сочетанїе, единъ Совѣтъ, едино, и то вѣчное, и никогдаже не разлучное Согласїе; такъ и Вамъ, при своемъ божескомъ благословенїи, такїяжъ Свойства и Таланты, невидимо благодатїю своею, въ сердца Ваша вливаетъ. И намъ оное нынѣ, на Васъ преизобильно излиявшееся свое благословенїе, тойже трїупостасный Господь, въ трехъ наипаче домашнихъ сокровищахъ Вашихъ, видимо показуетъ; первѣе, въ превысочайшей славныхъ Предковъ Вашихъ ФАМИЛИИ: второе, въ августѣйшемъ съ первѣйшими Европейскими Монархами СВОЙСТВѢ: третїе, въ пресвѣтлыхъ природныхъ гербовъ Вашихъ КЛЕЙНОДАХЪ. Сїя намъ не малую къ большему слову подаютъ матерїю, аще токмо, по своему высочайшему благоснисходительству, милостивно послушать соизволите.

Eadem ipsa Benedictione, Pater misericordiarum, et Deus omnis laetitiae, secundat nunc Vestrum quoque Matrimonium, SERENISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPES. Secundat et Filius Dei Dominus *Jesus Christus*, promittendo semper Vobiscum esse, iuxta illud suum verbum: *Vbi sunt duo congregati in Nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Secundat Spiritus quoque Sanctus, vt Sponsor et Coniunctor cordium intus agens. Et quemadmodum Pater, Filius et Spiritus Sanctus vnam inter se habent Voluntatem, vnam Coniunctionem, vnum Consilium, vnam, et hanc quidem aeternam, semperque durantem, Concordiam; pari ratione Vobis quoque, vna cum Diuina sua Benedictione, aequales Dotes, Proprietates, et Facultates, inuisibili sua Gratia cordibus Vestris infundunt. Nobis itidem, hodiernam super vos copiose collatam Benedictionem, Idem trinus Deus in Tribus praesertim peculiaribus Dotibus Vestris visibiliter manifestat; et quidem primo, per amplissimam gloriosissimorum Maiorum Vestrorum PROSAPIAM: secundo, per augustissimam praecipuis in Europa cum Monarchis AFFINITATEM: denique tertio, per gentilitia Stemmatum Vestrorum INSIGNIA. Haec tria nobis ampliorem praebent ad dicendum materiam, quam tamen Vos, in hac mea Oratione, ex innata Vobis Beneuolentia, auribus Vestris excipere ne dedignemini, etiam atque etiam rogo.

Всѣмъ любящимъ Правду извѣстно есть, и не надобно о томъ много трудиться, доводить, и показывать, ибо сїе не суть какїе вымыслы, или ласкательство лицемѣрное, но самая сущая Истинна, на недвижимомъ священнаго Писанїя основанїи утверждена, что Фамїлїя превысокая, Предки владѣтельные, Домъ преславный, Слава по всему свѣту гласящая, богатство и Преимущества Монаршїя, суть особливымъ, чувствительнымъ, и всякому видимымъ божїимъ благословенїемъ. Ясное сего свидѣтельство подаетъ намъ Давїдъ Царь Сїонскїй, и Пророкъ божїй, который, Духомъ

Omnibus, qui tenentur studio Veritatis, nihilque habent prius ipsa, est in confesso, adeo vt neque opus sit multo labore ad inueniendа documenta, quia id non est confictum ex arbitrio, aut ex praua adulatione cusum, sed deductum purae et sincerae Veritatis ex fonte, in immobili sacrae Scripturae fundamento firmatae, scilicet, excelsam Prosapiam, Maiores absoluto Dominio conspicuos, Domum illustrem, Gloriam per vniuersum orbem terrarum diffusam, Diuitias demum et Emolumenta Monarcharum non aliud esse, quam singularem, sensibilem, et cuilibet visibilem Diuinam Benedictionem. Validum ad hanc rem,

Святымъ просвѣщенный, знатную Генеалогїю, пространство Фамїлїи, за первѣйшее кладетъ божїе благословенїе, и за особливое Человѣку Дарованїе въ Псалмѣ 111. *Блаженъ мужъ бояйся Господа, въ заповѣдехъ его восхощетъ зѣло. Сильно на земли будетъ Сѣмя его: родъ правыхъ благословится: Слава и богатство въ Дому его, и Правда его пребываетъ въ вѣкъ вѣка.* Да и самъ Господь сїю Истинну подтвердить благоволилъ, когда Аврааму множество сѣмени обѣщалъ даровать, бытїя въ главѣ 22. *Воистинну благословя благословлю тя, и множа умножу Сѣмя твое, яко звѣзды небесныя, и яко песокъ морскїй, и прїиметъ сѣмя твое грады супостатъ, и благословятся о Сѣмени твоемъ вси языцы земнїи.* Послѣ того благословилъ Iсаака, а потомъ Iакова, глаголя: *Сѣмени твоему дамъ всю землю сїю.*

Отъ сихъ, и симъ подобныхъ Писанїя священнаго доводовъ, явственно видѣть можемъ, что высокая славныхъ Предковъ Фамїлїя, и отъ нея рожденїе, есть видимое божїе благословенїе, которое не всѣмъ обще, но единымъ токмо на сїе предувидѣннымъ отъ бога посылается. Такое поистиннѣ благословенїе божїе свыше снисшедшее видимъ и высочайшей Крови и Фамїлїи Вашей, О БОГОМЪ СОЕДИНЕННАЯ ПАРА!

Егда бо о Древности, о Множествѣ, Славѣ, и щастливомъ Владѣнїи Предковъ Вашихъ, съ знатными їсторїками дѣлаемъ справку; то видимъ и читаемъ, что Фамїлїю Вашу многїя земли и государства на Монаршихъ почитали Престолахъ. Видимъ побѣды, и торжества надъ врагами, и отъ нихъ происходящую первѣйшимъ богатырямъ не уступающую Славу, которою почти вся Европа исполненная довольно прославилась, и въ вѣчныя роды дѣйствїя оныхъ записала. Ибо начавши отъ ВIТТЕКIНДА ВЕЛИКАГО, который еще осмаго вѣка владѣлъ Саксонїею, и съ КАРОЛЕМЪ великимъ, Iмператоромъ римскимъ, воевалъ многократно, нисходя даже до сего времени; то Твоя вопервыхъ, СВѢТЛѢЙШIЙ ПРIНЦЪ, БОГОМЪ ДАРОВАННЫЙ ЖЕНИХЪ, славная Фамїлїя многихъ Владѣтелей, Королей и Iмператоровъ на свѣтъ произвела и воспитала. Отъ Твоихъ Предковъ Начало свое воспрїяли Короли бургонскїе РОДОЛФЪ первый, и сынъ его РОДОЛФЪ вторый, который владѣлъ Iталїею. Отъ Предковъ же Вашея Свѣтлости и самые главнѣйшїе и первѣйшїе въ Европѣ Монархи, Iмператоры римскїе, возсїяли. Вопервыхъ ОТТОНЪ вторый, славою великоименитый, священнаго римскаго государства Iмператоръ,

meridianaeque luci ſimile teſtimonium ſuppeditat nobis Dauid Rex Sion et Dei Propheta, qui ex lumine et virtute Spiritus Sancti, ponit illuſtre Genus, Magnitudinem, et Gloriam Proſapiae, inter primariam et praecipuam Diuinam Benedictionem, et inter ſingulare Homini Donum, in Pſal. 111. dicens: *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit Semen eius: Generatio rectorum benedicetur: Gloria et Diuitiae in Domo eius, et Juſtitia eius manet, in ſaeculum ſaeculi.* Quin etiam Ipſi Altiſſimo hanc Veritatem confirmare placuerit, cum Abrahamo multitudinem ſeminis Ille promiſerit Geneſeos cap. 22. *Benedicam Tibi, et multiplicabo Semen Tuum ſicut ſtellas coeli, et velut arenam, quae eſt in littore maris: Poſſidebit Semen Tuum portas inimicorum ſuorum, et benedicentur in Semine Tuo omnes gentes terrae.* Poſtmodum benedixit Ille Iſaaco, et tandem Jacobo dicens Geneſeos cap. 28. *terram in qua dormis, Tibi dabo et Semini Tuo.*

Ex his, et ſimilibus ſacri Codicis teſtimoniis ſatis ſuperque palam eſt, nempe, ſublimem illuſtrium Maiorum Proſapiam, et ex tanta ac tali generis Exordium, eſſe viſibilem Dei Benedictionem, quae non in omnes promiſcue, ſed in eos tantummodo, quos Ipſe praeuidit, a Deo confertur. Talem omnino Diuinam Benedictionem videmus deſuper collatam in Veſtrum puriſſimum Sanguinem, et ſplendidiſſimam Proſapiam, O PAR DIUINITUS CONIUNCTUM!

Conſulentes enim, de Antiquitate, Multitudine, Gloria, et felici Dominatu Maiorum Veſtrorum, melioris notae hiſtoriographos, videmus nos et legimus Proſapiam Veſtram, imperantium in Thronis ſublimem, a plurimis Regionibus et Regnis pie et reuerenter cultam fuiſſe. Videmus Illius victorias, et triumphos ob deuictos inimicos, ac ex his partam, quae antiquiorum Heroum Famae cedere neſcit, Gloriam, qua pene vniuerſa Europa facta eſt plena, adeo vt Proſapiae Veſtrae auro cedroque notanda Geſta retulerit in Acta. Conſiderantibus tempora WITTEKINDI MAGNI, qui olim, octauo ſcilicet ſaeculo, ſupremo Regimini praefuerat in Saxonia, cumque CAROLO MAGNO ſaepe bellum geſſerat, et deſcendentibus vsque ad haec noſtra, liquido conſtat nobis, Tuam in primis, CELSISSIME PRINCEPS, DIUINITUS DONATE SPONSE, celeberrimam Proſapiam orbi dediſſe et educaſſe plurimos Dominatores, Reges, nec non Imperatores. A Tuis Maioribus Initium ſuum duxere Reges Burgundiae, RODOLPHUS primus, et filius eius RODOLPHUS ſecundus, qui dominatus eſt in Italia. A Tuis etiam, CELSISSIME PRINCEPS, Ipſi quoque primarii et praecipui in Europa Monarchae, Imperatores videlicet Romani, Imperio praefuere et inclaruere: Horum enim primus fuit OTTO

который вѣчно цвѣтущей Твоей Фамиліи великое придалъ украшеніе. Потомъ ФРІДЕРІКЪ, тогожъ Престола Наслѣдникъ, Честію и Тітуломъ Августѣйшаго римскаго Цесарскаго Величества сіяющій. А по нихъ слѣдуютъ Герцоги владѣтельные: ЭРНЕСТЪ боголюбивый; ГЕНРІХЪ многомощный, АВГУСТЪ славный, и ФЕРДІНАНДЪ благополучный. Да и нынѣшнихъ временъ Короли Великобрітанскіе, и многіе Прінцы и Електоры, Твоею Кровію защищаются, хвалятся, и бессмертную себѣ отъ Нея получаютъ славу.

secundus, Vir magni et Nominis et Gloriae, ſacri Romani Imperii Caeſar, qui in aeternum virenti Tuae Stirpi, maximo floruit et vixit ornamento. Poſt hunc FRIDERICUS, eiusdem Throni Haeres, qui tum Honore, tum Titulo, ſacratiſſimae Romano-Caeſareae Maieſtatis, fuit clarus. Hos ſequuntur Duces ſupremo Dominio praeſtantiſſimi, ERNESTUS nempe Dei Amantiſſimus, HENRICUS Potentiſſimus, AUGUSTUS Glorioſiſſimus, et FERDINANDUS feliciſſimus. His inſuper temporibus, Reges quoque Magnae Britaniae, plerique etiam Principes et Electores, Tuorum Sanguine ſplendent, et immortalem ſibi Gloriam naneiscuntur in Eo.

равное, и почти во всемъ вышереченному подобное благословеніе божіе, видимъ и въ Твоей Крови и Фаміліи, БЛАГОВѢРНАЯ ГОСУДАРЫНЯ ПРІНЦЕССА АННА. Ибо Начало, Корень, и Главизна Генеалогіи Твоей, также отъ коронованныхъ Лицъ прямо происходитъ. Егда бо славное Предковъ Твоихъ воспомянуть хощемъ родословіе, тотчасъ различные Історіки представляютъ намъ и показуютъ Королей Оботріцкихъ, или Вандалскихъ, отъ которыхъ вседражайшій родитель Твой КАРОЛЪ ЛЕОПОЛДЪ, владѣтельный Прінцъ Мекленбургъ-Шверінгскій происшелъ рожденіемъ, и не токмо самъ отъ Королевскаго рода получилъ свое начало, и бытность; но и прочіе, великою славою и владѣніемъ силные Монархи, отъ тогожъ Кореня Твоихъ Прадѣдовъ родилися. Ибо отъ Твоея Фаміліи Предковъ, Королевскимъ Тітуломъ въ Европѣ почтенныхъ, ПРІБЫСЛАВЪ вторый, былъ Король Вандалскій послѣдній, но первый Прінцъ вѣрою Христовою просіявшій. Отъ Твоихъ Предецессоровъ были многіе Короли и Обладатели сосѣдняго Государства Шведскаго, а именно: АЛБЕРТЪ вторый, владѣніемъ благополучный, ЕРІКЪ побѣдительный, и ХРІСТОФОРЪ благословенный. Да и нынѣ Домъ Отца Твоего высокими Тітулами, славными Героями, и многочисленными Преимуществами исполненъ есть. Кто же была, и отъ кого Матерь Твоя ВСЕМИЛОСТИВАЯ ГОСУДАРЫНЯ; о томъ и говорить не надобно: понеже всѣмъ довольно извѣстно есть. Сіе токмо поистиннѣ утвердить подобаетъ, что родиться отъ толь преславной Крови, произойти отъ толь высочайшей Фаміліи, и Начало свое получить отъ Колѣна владѣтельныхъ Монарховъ, да Монарховъ не какихъ либо, но Славою и Честію вѣнчанныхъ, Премудрыхъ, Храбрыхъ, бодрыхъ, Милосердыхъ, и всѣхъ Добродѣтелей Превосходствомъ сіяющихъ, которыхъ Дѣла преславная даже и донынѣ во образъ всему свѣту представляются, есть особливое, и дивныхъ судебъ божіихъ исполненное благословеніе, которое не случаемъ какимъ, но по сущему божію *Предупѣденію*

Aequalem, et pene per omnia ſupra dictae ſimilem Benedictionem Dei videmus etiam in Tuorum ſanguine Maiorum, SERENISSIMA DOMINA, AC PRINCEPS ANNA. Etenim Origo, Radix, et Caput Genealogiae Tuae, parimodo a Sceptrigeris recta deducuntur. Simul atque fert animus mentionem facere de Tua Stirpe, varii hiſtoriographi exhibent praeſentes et oſtendunt nobis Reges Vandalorum, a quibus CELSISSIMUS Genitor Tuus CAROLUS LEOPOLDUS, abſolutus Princeps in Megalopoli Suerienſi, tandem orbi natus; et non tantum Ipſe ſolus in Regia Stirpe nactus eſt ſuam Originem, verum etiam plurimi, magnae Gloriae et Potentiae, Monarchae ab eadem Radice Tuorum Proauorum in lucem ſunt editi. Ex Tuorum enim Maiorum Proſapia, quae Regio Titulo in Europa ſalutatur, PRIBYSLAUUS ſecundus, fuit Rex Vandalorum vltimus, ſed tamen primus Princeps fide in Chriſtum initiatus. Tui, inquam, Maiores dederunt plurimos Reges et Dominatores vicino Regno Suecico, ſcilicet, ALBERTUM ſecundum, dominatione fortunatum, ERICUM victorioſum, et CHRISTOPHORUM a Deo benedictum. Quin etiam vsque adhuc Domus Parentis Tui, ampliſſimis Titulis, celeberrimis Heroibus, et innumerabilibus Emolumentis, eſt admodum diues. Quae vero fuerit, et ex quo hanc auram, optimis auſpiciis, tunc hauſerit Mater Tua SERENISSIMA DOMINA; id non eget praedicatione, vt pote res ſatis ſuperque omnibus nobis nota. Hoc ſolum ſubinde auſim, et profecto licet, affirmare, ſcilicet, naſci ex tam ſplendidiſſimo Sanguine, Ortum ducere a tam celſiſſima Stirpe, eaque Monarcharum, et Monarcharum quidem talium, qui Gloria et Honore ſunt coronati, qui Sapientia, qui bellicis Virtutibus, qui Prudentia, qui Vigilantia, qui Clementia, qui omnium Recte factorum Praeſtantia ſunt praediti, et quorum mira Facta vsque adhuc exemplo ſunt vniuerſo orbi terrarum; taliter, inquam, naſci, eſt omnino ſingularis, et admirabilibus iudiciis Dei referta Benedictio, quae non forte fortuna, aut caeco quodam caſu, ſed ab ipſa Diuina *Prouidentia*, in hos effunditur, qui ea ſunt digni: quanta et

достой-

достойнымъ того свыше ниспосылается: котораго и Вы, по особливому къ Вамъ божїю благоизволенїю, получить удостоились.

Vos idem Deus, ex singulari sua erga Vos Beneuolentia, cumulare dignatus est.

Воистинну, есть то великое божїе на Васъ благословенїе; но бóльшее еще въ СВОЙСТВѢ обѣихъ Фамилїй Вашихъ показуется. Извѣстно бо всѣмъ есть, что первѣйшїй въ Европѣ Монархъ КАРОЛЪ шестый, Августѣйшїй Цесарь, и Імператоръ римскїй, Союзникъ нашъ вѣчный, весьма близкимъ СВОЙСТВОМЪ къ Вамъ приближился: ибо дражайшая Супруга его ЕЛІСАВЕТА ХРІСТІНА римская Цесарева, родная Ваша Тетка; а Сестра ея единоутробная ШАРЛОТА ХРІСТІНА СОФІА, была въ супружествѣ за благовѣрнымъ Государемъ Царевичемъ, и великимъ Княземъ АЛЕКСІЕМЪ ПЕТРОВИЧЕМЪ, и отъ него родила богомъ вѣнчаннаго Імператора Всероссїйскаго ПЕТРА втораго.

Procul dubio, magna haec est super Vos Diuina Benedictio; verum tamen longe maior adhuc in AFFINITATE vtriusque Familiae Vestrae eadem effulget. Nemo enim ignorat, quod Principalior in Europa Monarcha, CAROLUS nempe sextus, Augustissimus et sacratissimus Caesar ac Imperator Romanus, perpetuus noster Socius, admodum propinqua AFFINITATE Vobiscum sit coniunctus: nam serenissima Coniunx eius ELISABETHA CHRISTINA Imperatrix Romanorum, est Vobis Matertera; huius vero germana Soror SCHARLOTTA CHRISTINA SOPHIA Matrimonii vinculo fuit iuncta Serenissimo Domino, Imperatorio Principi ALEXIO PETRIDI, ex quo illa suscepit, et in lucem emisit, a Deo postea vnctum et coronatum IMPERATOREM totius Russiae PETRUM, huius Nominis secundum.

равнымъ образомъ изъ Твоея Фамилїи, благовѣрная ГОСУДАРЫНЯ ПРІНЦЕССА АННА, произошла ЛОИЗА достойная вѣчныя славы, которая родила ХРІСТІАНА шестаго, нынѣ благополучно владѣющаго Короля Дацкаго. Также изъ Твоего Высококняжескаго Дому возсїяла СОФІА ЛОИЗА Сестра единоутробная родителя твоего КАРОЛА ЛЕОПОЛДА, а Твоя родная Тетка, которая законнымъ Супружества бракомъ сочетана была ФРІДЕРІКУ первому, Королю Прусскому.

Pari ratione etiam a Tuorum Familia, SERENISSIMA DOMINA, AC PRINCEPS ANNA, Ortum suum duxit LOISA, quae dignissima est aeterna Gloria, et quae fausto edidit partu CHRISTIANUM sextum, qui nunc vsque feliciter sceptra tenet Regni Daniae. Ex Tua itidem Domo micarunt SOPHIA LOISA, germana Soror GENITORI Tuo, Tibi vero Amita, quae per sanctum foedus Connubii vixit Coniunx FRIDERICI primi, Regis Borussiae.

Да и нынѣ щастливо на Престолѣ Прусскаго Королевства сидящїй ФРІДЕРІКЪ ВІЛГЕЛМЪ, славою и богатствомъ паче иныхъ изобилующїй, близкое съ Вами имѣетъ СВОЙСТВО: ибо сынъ его, Прінцъ наслѣдный Королевства Прусскаго и Електорства бранденбургскаго, Сестру Твою родную, СВѢТЛѢЙШІЙ ПРІНЦЪ, ЕЛІСАВЕТУ ХРІСТІНУ въ благословенное себѣ получилъ Супружество. Итакъ уже и отъ НАЧАЛА Фамилїй Вашихъ, и отъ СВОЙСТВА высочайшаго, довольно видимъ особливое на Васъ божїе благословенїе.

Quorsum plura? Nunc quoque Thronnm Regni Borussici feliciter occupans FRIDERICUS WILHELMUS, qui gloria et opibus longe alios supergressus est, arctam Vobiscum habet AFFINITATEM, eo quod Filius eius, haereditarius Princeps Regni Borussici, et Electoratus Brandeburgici, Sororem Tuam germanam, CELSISSIME PRINCEPS, ELISABETHAM CHRISTINAM benedicto adiunxit sibi Coniugio. Ergo iam satis videmus super Vos Diuinam Benedictionem, tum per ORIGINEM Familiarum vestarum, tum per ipsam AFFINITATEM Vestram cum maximis Prosapiis.

Еще осталося намъ посмотрѣть въ пресвѣтлыя Гербовъ вашихъ ЗНАМЕНІЯ. Но понеже суть различныя, и многїя Королевства, Княжества, и Графства въ себѣ содержащїя; того ради о тѣхъ токмо воспомянемъ кратко, которыя къ настоящей радости приличествуютъ.

Reliquum est, vt inspiciamus nobilissima gentilitiorum Stemmatum Vestrorum INSIGNIA. Sed cum illa sint varia, et multa Regna, multos Principatus, multos quoque Comitatus repraesentent; id circo eorum solummodo succinctam faciemus mentionem, quae praesenti potius congrua videbuntur Laetiae.

Между

Между прочими Герба Твоего, СВѢТЛѢЙШІЙ ПРІНЦЪ, ЗНАМЕНІЯМИ, вижу три Льва, два золотые, одинъ съ короною, а третій лазоревый въ золотомъ полѣ, кровавыми Сердцами исполненномъ. Львы изображаютъ Твою Крѣпость, Мужество, и Великодушіе. Сердца кровавыя показуютъ гарячую Любовь Твою первѣе къ богу, а потомъ къ Отечеству, напослѣдокъ къ ДРАЖАЙШЕЙ НЕВѢСТѢ ТВОЕЙ, которую нынѣ отъ Десницы Вышняго, съ егожъ божескимъ благословеніемъ, пріемлешь. Сія домашнія Герба Твоего Сокровища, весьма сей Таинѣ Супружества приличествуютъ: ибо къ чему Чинъ сей пріемлющихъ Писаніе божественное одолжаетъ къ Еф. въ главѣ 5. *Мужіе любите своя жены, якоже и Христосъ возлюби церковь, и себе предаде за ню*; и паки: *должны суть мужіе любити своя жены, яко своя тѣлеса*; то Гербъ ВАШЕЯ СВѢТЛОСТИ представляетъ, и ясное подаетъ свидѣтельство, что показанную должность самымъ дѣломъ исполнять будешь.

Утверждаютъ насъ въ томъ, и еще большую къ такому взаимному Вашему одолженію подаютъ надежду, драгоцѣнныя Герба Твоего, БЛАГОВѢРНАЯ ГОСУДАРЫНЯ ПРІНЦЕССА АННА, Изображенія, между которыми минувъ прочіе Фамиліи Твоей гербовные Клейноды, вижу въ красномъ полѣ изъ Облака простертую руку дѣвичью, держащую въ перстахъ своихъ золотой Перстень съ драгоцѣннымъ Алмазомъ, какъ свѣтъ солнечный блистающій. И какъ скоро увидѣлъ, такъ въ томъ же часѣ почудился дивному о Васъ Промыслу божію: ибо чего брачное Сочетаніе требуетъ, и чѣмъ оное благословляется; то все въ Гербѣ ВАШЕГО ВЫСОЧЕСТВА зрится. А наипаче то дивно, что Господь милосердый, такія Вамъ изволилъ даровать Гербовныя имена, которыми самъ титулуется; и что ему есть угодно и весьма пріятно, то въ Гербахъ Вашихъ изображается.

Первѣе Львы; но онъ Самъ Левъ побѣдивый отъ колѣна Іудова именуется. Сердца кровавыя, то есть въ любви гарячія; но онъ сихъ наипаче и требуетъ глаголя чрезъ Притчника: *Сыне даждь ми сердце твое*. И паки въ Псалмѣ 50: *жертва Богу духъ сокрушенъ. Сердце сокрушенно и смиренно Богъ не уничижитъ*. Облакъ; но онъ сидитъ на облацѣ легцѣ, и всякое свое божеское Милосердіе, Присутствіе, Покровеніе, Явленіе Славы своея божественныя, и прочія бесчисленныя своя Дарованія Облакомъ Людемъ являетъ, извѣствуетъ и посылаетъ: ибо Облакъ, въ Писаніи священномъ, всякое божіе благодѣяніе къ Человѣкамъ

Inter cetera igitur Stemmatis Tui, CELSISSIME PRINCEPS, INSIGNIA, video tres Leones, quorum duo sunt aurei, horum vero vnus cum corona; sed tertius cyanei coloris, auream scuti aream sanguine rubentibus Cordibus refertam occupat. Leones quidem exprimunt Tuam Fortitudinem, strenuam Virtutem, et Magnanimitatem; sed rubentia sanguine Corda ostendunt Tuum Amorem, primo erga Deum, tandem erga Patriam, postremo erga FORMOSISSIMAM Tuam SPONSAM, quam hodie a Dextra Altissimi, vna cum ipsius Benedictione, accipis. Hi Stemmatis Tui domestici Thesauri, omnino consentiunt cum hoc Matrimonii Sacramento: nam ad quid, Statum hunc ingredientes, obligat auctoritas Diuini verbi ad Ephesios cap. 5. scilicet, *Viri diligite Vxores Vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro Ea*; et postea: *Viri debent diligere Vxores suas, vt Corpora sua*; id Stemma Ipsum, CELSITUDINIS TUAE, refert, et luculentam praebet sponsionem, Te nimirum iniunctum superius officium, ipsa re praestiturum.

Confirmant nobis hoc ipsum, et adhuc maiorem, ad illam mutuam Vestram obligationem, spem subministrant, pretiosissimae Tui quoque Stemmatis, SERENISSIMA DOMINA, AC PRINCEPS ANNA, Notae, inter quas, praetergressis aliis Familiae Tuae gentilitiis Signis, video in rubra area scuti ex Nube protensam Virginis manum, quae tenet digitis suis aureum Annulum pretiosa Gemma coruscum. Quod omne statim atque aspexerim, maxima admiratione adfectus fuerim, quod scilicet tam magnam, tamque insignem Deus habeat de Vobis curam. Nam quid quid requiritur ad Matrimonium, et per quas res illud redditur bene fortunatum; id omne in gentilitio SERENITATIS TUAE Stemmate reperitur. Praesertim vero hoc est mirum, quod Clementissimus Dominus talia Vobis permiserit habere INSIGNIORUM Nomina, qualibus Ipse solet nominari; et quod Illi Ipsi est gratum valdeque iucundum, hoc in Semmatibus Vestris per symbolicas Imagines conspicitur expressum.

Et quidem primo extant Leones; at Ille Ipse Leo Victor de tribu Judae appellatur. Cernuntur sanguine rubentia Corda, hoc est Amore flagrantia; sed Ille haec et postulat dicens Prouerbiorum cap. 23. *Praebe, Fili mi, cor tuum mihi, et Psal.* 50.
* *Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Cor contritum et contribulatum Deus non spernit.* Aspicitur Nubes; verum ille Ipse sedet supra Nubem leuem; et omnem suam Diuinam Clementiam, Praesentiam, Protectionem, Manifestationem Diuinae suae Gloriae, ceteraque innumerabilia sua Dona per Nubem Hominibus demonstrat et mittit: etenim Nubes, in sacris Scripturis, omne Dei Beneficium in Homines significat. Si ergo id sit respectu omnium

* in vulgatis vero Bibliis Psal. 51.

знаменуетъ. Когдаже ко всѣмъ; то кольми паче къ Вамъ, которымъ нарочно для того такie опредѣлилъ Гербы, дабы Вамъ чрезъ оные непрестанно благодѣтельствовалъ, и всякiя своя божескiя на Васъ изливалъ Дарованiя. Что бо, напримѣръ, показуетъ Рука изъ Облака простертая, какъ токмо особливое къ Вамъ божiе благословенiе, которымъ Самъ трiупостасный Господь благословляетъ Васъ, и даетъ Вамъ отъ росы небесныя, и отъ тука земли множество Пшеницы и Вiна? Чтожъ и Перстень показуетъ, какъ токмо представляетъ вѣчность, и такое въ себѣ изображаетъ Знаменiе, что Домъ и Фамiлiя Ваша не скончается, но вѣчно въ Чадородiи и въ Сынѣхъ Сыновъ Вашихъ будетъ пребывать?

Дивное сie воистинну о Васъ божiе Смотрѣнiе: ибо нетокмо то, чѣмъ брачное сie дѣйствiе украшается, но и то, чѣмъ Сынъ божiй титулуется, и чрезъ что кому являетъ свое божеское благодѣянiе, все въ домашнихъ Вашихъ гербовныхъ Сокровищахъ обрѣтается. Однакожъ сему не столько удивляться можемъ, что Васъ милосердый Господь Высокою благословилъ ФАМIЛIЕЮ, Августѣйшимъ съ первѣйшими Монархами соединилъ СВОЙСТВОМЪ, и неоцѣненными Гербовъ Вашихъ обогатилъ КЛЕЙНОДАМИ: понеже такое щастiе можетъ и другимъ прилучиться; то дивно, и паче всего чуднѣйшее, что Вамъ недовѣдомыми судьбами своими такую благоутробную и промыслительную даровалъ Матерь, то есть, БЛАГОЧЕСТИВѢЙШУЮ И САМОДЕРЖАВНѢЙШУЮ, ВЕЛИКУЮ ГОСУДАРЫНЮ НАШУ, IМПЕРАТРIЦУ АННУ IОАННОВНУ всея россiи, которая неусыпнымъ старанiемъ, отъ младыхъ лѣтъ Вашихъ все полезное Вамъ промышляла, и нынѣ промышляетъ. Сiя то ГЕРОIНА, о которой побѣдительной Силѣ Марсъ во всей поднебесной громко проповѣдуетъ, какъ истая Матерь Ваша воспитала Васъ въ Страхѣ божiемъ, и добромъ Наставленiи. Сiя МОНАРХIНЯ, которыя о благочестiи, Милосердiи, и Человѣколюбiи, нетокмо вся Россiя, и все повсюду Православiе, но и самый главный врагъ Христiанства Турокъ свидѣтельствуетъ, видя оное на своихъ его, крайней погибели достойныхъ, плѣнникахъ изъявляемое, какъ истыхъ Чадъ своихъ возлюбила Васъ. Сiя глаголю ПОБѢДИТЕЛЬНИЦА, всю Свою Высокоматернюю Милость и Доброжеланiе къ Вамъ обратила, и не токмо о воспитанiи Вашемъ непрестанно старалась, но и

Hominum; quanto magis eſt reſpectu Veſtri, quos conſulto talia fecit habere Stemmata, vt per illa declararet, quod velit ſuis ſempiternis Beneficiis Vos cumulare, et omnibus ſuis Donis reddere beatos. Quid enim aliud Manus protenſa ex Nube oſtendat, quam ſingularem erga Vos Diuinam Benedictionem, qua Ipſe Trinus et Vnus Dominus Vos ſecundat, et dat Vobis a rore coeli, et a pinguedine terrae multum Tritici et Vini? Quid vero Annulus quoque ſignificet, niſi ipſam aeternitatem, et ſymbolice doceat, Domum, et longam Seriem Generis Veſtri non habituras finem, ſed perpetua in Sobole, et in Filiis Filiorum veſtrorum quam diutiſſime perennaturas?

Mira haec profecto, quae verſatur circa Vos Diuina Prouidentia, cum non ſolum id, quo Nuptiae adornantur, verum etiam ea, quibus nominibus Ipſe Filius Dei ſalutatur, et eas pariter res, per quas Diuinum ſuum Beneficium Dilectis oſtendit, contineant domeſtici Stemmatum Veſtrorum Theſauri. Verum tamen vero, id, quantumcumque ſit magnum, non tantam excitat in nobis admirationem, quod videlicet Clementiſſimus Deus produxerit Vos ſua Benedictione ex ampliſſima STIRPE, quod coniunxerit Vos Auguſtiſſima AFFINITATE cum principalioribus Monarchis, quodque demum ditauerit Vos nobiliſſimis Stemmatum INSIGNIIS: haec enim Felicitas aliis pari modo contingere poteſt; non, inquam, id aeque nos reddit mirabundos, ac hoc alterum, ſcilicet, quod Ille, per profunda, nobiſque impenetrabilia ſua iudicia, dederit Vobis tam miſericordem, tam commodis Veſtris intentam, tamque prouidam Matrem, nempe, PIISSIMAM ET AUGUSTISSIMAM, MAGNAM DOMINAM NOSTRAM, IMPERATRICEM ET AUTOCRATOREM, totius Ruſſiae ANNAM IOHANNIDEM, quae continuo et indefeſſo Studio ſuo iam inde ab adoleſcentia Veſtra, omnia, quae videbat quam maxime Vobis expedire, curauerat, et vſque adhuc curat. Haec eſt VIRAGO et vere HEROINA, cuius victricem Virtutem ipſa efficax Vis Bellorum toti vniuerſo tonante praedicat voce, et quae Vos, ſicut propria Mater, educauit in DEI Timore, inque Inſtitutione optimarum Artium, et hucuſque Sinu ſuo fouet et amplectitur. Haec eſt AUGUSTA, cuius Pietatem, Clementiam et Humanitatem non ſolum vniuerſa Ruſſia, totaque paſſim Ὀρθοδοξία; verum etiam ipſe capitaliſſimus Chriſtianitatis Inimicus, Turca nempe, agnoſcit, cum ſciat, quantum Illa ſit infidelibus captiuis, qui extremum exitium merentur, indulgentiſſima, et quae Vos vnice, vt propriam ſuam Prolem, dilexit, tantum abeſt, vt beneuolentiam Vobis ſubnegaret. Haec, inquam, VICTRIX omnem ſuam maternam Indulgentiam et affectio-

въ

въ совершенный уже пришедшихъ возрастъ, въ благословенное сiе произвела Супружество. И се есть совершенiе божiя на Васъ благословенiя! се верхъ Славы и благополучiя Вашего! се Красота, Великость, и благолѣпiе Ваше! се неоцѣненное Сокровище и Возвышенiе Фамилiй Вашихъ!

Симъ Щастiемъ, и особливымъ божiимъ благословенiемъ, поздравляютъ Васъ всѣ Сродники и Свойственники Ваши, во первыхъ Августѣйшiй Дядя Вашъ, КАРОЛЪ шестый, Цесарь и Імператоръ Римскiй, купно съ дражайшею Супругою своею, а Вашею родною Теткою ЕЛИСАВЕТОЮ ХРІСТІНОЮ Цесаревою Римскою. Отецъ Твой вселюбезнѣйшiй КАРОЛЪ ЛЕОПОЛДЪ, владѣтелный Прiнцъ Мекленбургъ Шверiнгскiй, БЛАГОВѢРНАЯ ГОСУДАРЫНЯ ПРІНЦЕССА АННА. Матерь Твоя превожделѣнная АНТОНЕТТА АМАЛІЯ, СВѢТЛѢЙШІЙ ПРІНЦЪ АНТОНЪ УЛРІХЪ. братъ Твой КАРОЛЪ, ГЕРЦОГЪ брауншвейгъ-Линебургскiй, Славою и владѣнiемъ отъ бога одаренный. Сестра Твоя единоутробная ЕЛІСАВЕТА ХРІСТІНА Прiнцесса Прусская, и прочiе всѣ Сродники и Свойственники Ваши, которые хотя здѣ и не присутствуютъ, однакожъ всѣ добрымъ и вѣрнымъ сердцемъ благословляютъ Васъ, и желаютъ Вамъ, въ семъ опредѣленномъ отъ бога чинѣ совершеннаго во всемъ благополучiя, Здравiя, Долгоденствiя, Чадородiя, и многолѣтнаго Пребыванiя!

Поздравляетъ и вся россiя, по своей должности, такую на бога возлагая надежду, что, отъ сего брачнаго Вашихъ Свѣтлостей Сочетанiя, великая всему Отечеству воспослѣдуетъ Польза; и нетокмо щастливое въ радости, въ спокойствѣ, и во всякомъ благосостоянiи утвердится обще-народное Жителство, но и бóлшее отъ него можемъ имѣть Надѣянiе.

Едино токмо Вамъ еще есть на потребу; утвердите сiе самымъ исполненiемъ, что Господь содѣлалъ въ Васъ: приступите благодарнымъ и доброхотнымъ Сердцемъ и совершите внутренное желанiи Вашихъ Намѣренiе. Соединитеся не такъ Тѣлами, какъ Душами, Любовiю, и добрымъ Совѣтомъ, да и Господь совершитъ Вы въ семъ богопрiятномъ дѣлѣ, и воз-

nem in Vos conuertit, et non solum de educatione Vestra multum solicita fuerat, verum etiam Adultos ad benedictam hanc perduxit Vos Coniunctionem. En iam Ipsa Absolutio Diuinae super Vos Benedictionis! En iam Cumulus Gloriae et Felicitatis Vestrae! En iam denique inaestimabilis Thesaurus, et Exaltatio generis Vestri!

Quapropter, tantam ac talem Vestram Felicitatem, et singularem Diuinam Benedictionem, gratulantut Vobis omnes Consanguinei et Affines Vestri; e quorum numero primus Patruus Vester CAROLUS sextus, Augustissimus ac Sacratissimus Caesar et Imperator Romanus, vna cum serenissima Coniuge sua, vestra vero Matertera, ELISABETHA CHRISTINA Romanorum Imperatrice. Gratulatur Genitor Tuus Charissimus CAROLUS LEOPOLDUS, Princeps absoluti Dominii in Megalopoli Suerinensi, SERENISSIMA DOMINA AC PRINCEPS, ANNA. Gratulatur Genitrix Tua Dilectissima ANTONETTA AMALIA, CELSISSIME PRINCEPS ANTONI VLRICE. Gratulatur Frater Tuus CAROLUS, Dux Brunsuicensis et Luneburgensis, cui Gloria et Potestas a Deo est concessa. Gratulatur pariter Soror Tua germana ELISABETHA CHRISTINA Princeps Borussiae. Gratulantur denique ceteri etiam omnes, quos Felicitas et Gloria vestra tangit: qui licet non adsint hic; tamen omnes bono et sincero corde fauent Vobis vouentque, vt in hoc, per Deum adepto Statu, omnia cedant Vobis prospere et salutaliter, cum diuturnitate annorum! Vt habeatis dulcissimos Liberos, et longissimam per aetatem valeatis!

Gratulatur speciatim Vobis per officium vniuersa Russia, tanta cum spe in Deum, vt nimirum ex hoc Vestro faustissimo Coniugio Patriae contingat Vtilitas atque Emolumentum; et non solum, Virtute Coniunctionis Vestrae, feliciter, prospere, laete, tranquille, citra modum et perturbationem, cumque adeptione omnium bonorum, permaneat Salus publica, verum etiam liceat, fasque sit Illi maiora, magisque pia vlterius concipere vota!

Restat vnum, quod adhuc expedit vobis: Confirmate scilicet illud ipso facto, quod Deus operatus est Vobiscum; accedite grato et lubenti Corde, et perficite internam votorum Vestrorum Sententiam. Coniungamini non tam Corporibus, quam Animis, quam Amore, quam optima Consensione, vt et Deus perficiat vos in hoc accepto sibi opere, et diligat vos, et multi-

любитъ Васъ, и умножитъ Сѣмя Ваше на землѣ многоплодно, *и благословитъ Васъ отъ Сїона, и узрите блага Іерусалима вся дни живота Вашего, и узрите Сыны Сыновъ Вашихъ!*

plicet Semen Vestrum in terra per plurimos Fructus, et *benedicat Vobis ex Sion*, eo fine, vt *Videatis bona Jerusalem omnibus diebus vitae vestrae, et videatis Filios Filiorum Vestrorum!*

Мы же вси, едиными усты и единымъ сердцемъ, вознося должныя молитвы наши ко Господу, молимъ прилѣжно безмѣрное его благоутробїе, да призритъ съ небесъ милостїю, и да сохранитъ вседражайшее здравїе ЕЯ ІМПЕРАТОРСКАГО ВЕЛИЧЕСТВА на многїя лѣта невредимо! И да увидитъ, и посѣтитъ милостїю своею, и совершитъ, и да благословитъ невидимо рукою своею божественною НОВЫЙ сей ВІНОГРАДЪ, егоже насади ДЕСНИЦА Его! Аминь.

Nos autem omnes vnanimi consensu offerentes debitas preces nostras Domino, supplices oramus inexhaustam eius Bonitatem, vt aspiciat de coelo clementer, et conseruet in primis incolumem AUGUSTAM nostram per plurimos annos! Et vt videat, et visitet Clementia sua, et perficiat, et secundet inuisibili gratia sua NOUAM hanc VINEAM, quam plantauit DEXTRA Eius! Amen.



EX AUTOGRAPHO

Exemplar *Approbationis*, quam, ſpectantem ad Verſionem, indulſit Illuſtriſſimus Episcopus, Auctor Interpreti ſuo.

SErmonem hunc, e Ruthena Lingua in Latinam, per Cl. D. *Basilium Trediakoffski*, *Secretarium Academiae Petropolitanae*, ſtilo eleganti, verſum, ac coram Me perlectum audiui, eumque ſenſui Meo per omnia accomodatum obſeruaui. Quapropter hoc Teſtimonium dedi. AMBROSIUS JUSZKIEWICZ, Episcopus Vologdenſis et Bialoieſerenſis. M. P.





